



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

DE EZECHIELE PROPHETA.
VITA ET MORSE EZECHIELIS PRO-

127

PHETAE, PER D. EPIPHANIVM CONSTANTIAE

Cypri Episcopum descripta. Habetur in libro eius

de vitis Prophetarum.



Ezechiel Propheta è terra Saraera de filijs Pontificū genus duxisse asseritur. Fato fundus est tēpore captiuitatis in regione Chaldæorū. Plurima ille super reuerfione populi prophetavit, deq; reditu filiorū Israel, nec nō & de aduentu Domini. Occidit autē illum dux populi, cum vnā secū incola foret in Babylone, fugillatus ab eo de cultib. idolorum. Quare in agro Maur funerauerunt eū in monumento Sem & Arphaxad progenitorē Abraham. Et sepultura isthac ad nostra vsq; tēpora specus est duplex. Etenim Abraham excitauit ad huius instar Sara coniu-
gis sara monumentū in Chebrō: quod quia defossum sit atq; latens, duplex perhibetur, e planitie, & in terra tabulatum, petraque suspenfum.

April. 13
Genus &
patria Eze-
chielis Pro-
pheta.

Mors & se-
pultura e-
ius.

Gen. 22.

Ille quidem propheta populo obiecit prodigium, cum precatus esset ad amnem Chobar: quod videlicet cum deficerent vnda fluminis eius, falcē defolationis sperare deberent in finibus terræ: & quando exundaret fluuius ille, id signum esse reditus in Hierusalem. Et contigit illud. Etenim in terra Spyrriorum vir pius ille sepultus iacet: multiq; ad monumentum eius confluunt ad precationem & obsequiū. Sanē quando tāta eō frequentia vnā ad monumentum eius conueniunt, formidat Chaldaei ac metuunt, ne illum auferant: quapropter egredientem comitantur, & deducunt. Effecit verō propheta consistere hic fluminis vnda, quo terga darent filij Israel trans ripam. Caterum Chaldæorum aliquod audaciores populū pone persequi tentabant, qui quidem ad vnum omnes submersi sunt.

Cōfluitur
ad sepul-
crū Prophe-
tae, vt ibi sū-
dantur
preces.

Ille quoque propheta spontinis orationibus filijs Israel vberimum piscium impetrauit com meatū, vt qui inedia tantum non perijissent, piscium esu reficerentur. Plurimis etiam illorum, qui aura vitali iam vefci defierant, vitam recuperavit. Is est quoque vates ille, qui plebe iam depressa ac pessundata ab hostibus, stetit contra faciem ducum illorum, & confundebat eos portētis & miraculis, ita vt milites terri manum tollerent de tabula. Tunc populo suo Ezechiel dixit: Propterea quod parum conuenit inter vos, spes vestra interijt. Nunc in prodigijs per ossa mortuorum fecit illos, quoniam est spes Israel cum presente, tum atate futura. Hic est, inquam, propheta, qui quanquam esset in regione Chaldæorum, pleraque tamen populo, quacunque in Hierosolymis, inque templo fiebant, aperuit.

Multa ope-
ratur mi-
racula.

Ille quoque Propheta eduxit eos de finibus Chaldæorum, & reduxit in Hierusalem ad redargutionem impiorum & infidelium. Hic Ezechiel per Mosen contem-
platus est situm templi, murumque eius speciosum, prout locutus est etiam Daniel, vt olim conderetur. Hic in Babylone iudicauit tribum Dan & Gad, quod impiē egissent aduersus Dominum, persequendo eos qui legi fidem suam adstrinxerant. Oblit autem illis insigne prodigium siue ostentum: quoniam angues deuorauerunt infantes eorum, & omnia iumenta ipsorum. Pradixitque quod culpa eorum nequeat populus regredi Hierosolyman, quin in Media permanerent, quoad resipiscerent, & in viam, quod aiūt, redirent. Erat sanē vnus illorum, qui cum interemit, oppositas enim erat illi, vsque in diem obitus sui.

Prophetia
eius de ex-
truendo
templo.

ITEM VITA EZECHIELIS PER D.

ISIDORVM EPICOPVM HISPALENSEM SCRIPTA.

Habetur in libro eius de patribus veteris testamenti.



Ezechiel Sacerdos filius Buzi, genitus in terra Saria, in typo Christi filius hominis vocatus. Hic captiuus cum Ioachin in Babyloniā ductus est, & ad captiuos prophetavit, corripiens eorum offensiones: & zelo Dei motus, cuncta eorū crimina & turpitudines arguit. Quem dux populi Israel interfecit, pro eo quod auctoritate pontificali, corripitur ab eo, ob impietatem sacrilegij. Sepultus est autem a populo in agro Maurum & Arphaxat.

Ezechiel
sacerdos
fuit.

Interfici-
tur.

ITEM DE EODEM EZECHI.

ELE PROPHETA, PER D. HIERONY.
mum Presbyterum.

Ezech. i.

Hier. 21.
&c.Hieremias
et Ezechiel
simul pro-
phetaſūt.

Zechiel Propheta cum Ioachin Rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem, ibique his, qui cum eo capti fuerant, prophetauit, poenitentibus quodam Hieremias vaticinium se vltro aduersariis tradidissent: & viderent adhuc urbem Hierosolymam stare, quia ille casuram esse praedixerat. Trigesimo autem aetatis suae anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad concaptiuos loqui. Et eodem tempore, licet posterior, hic in Chaldaea, Hieremias in Iudaea prophetauerunt.

Sermo eius nec satis disertus, nec admodum rusticus est, sed ex vtroque modis temperatus. Sacerdos & ipse fuit, sicut & Hieremias, principia voluminis & finem magnis habens obscuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multum distat ab Hebraico. Vnde satis miror, quid causa extiterit, ut si eosdem in vniuersis libris habemus interpretes, in alijs eadem, in alijs diuersa transfulerint.

BEATI PETRI DAMIANI SERMO

DE FESTIUITATE SANCTI GEORGII MARTY.

ris, vt habetur octauo Tomo Aloysij.

Aprilis 23.

Nominis
Georgij in
terpreta-
tio.

MODIerna festiuitas, dilectissimi, paschalis gloriae laetitia geminat, & velut preciosa gemma, aurum, cui imprimitur, decore proprii splendoris illustrat. Aprè nimirum hoc potissimum tempore beato Georgio concessum est triumphare, quando transacta hyemalis inclementia turbinis, Austri fomite resoluta laeta terra alacriter parurit, & e-rumpentibus diuersis herbarum atque arborum floribus, tanquam adolescentiae (vita loquar) aetate pubescit. Georgius siquidem Graece, terra cultor Latino sonat eloquio, qui nimirum iuxta sui praefagium nominis, non modo suae mentis agrum spiritualis exercitij disciplinis excoluit, sed & san-

ctae exhortationis, & pia correptionis vomere, terrena multorum corda profecit, vitiorum que vepribus erutis, foecunda in eis virtutum arbuta plantauit.

Merito igitur hodie beati huius martyris anima, post cruentam furiosi principis rabiem, post carnificum feraliter sequentium immanitatem, post dilacerati corporis exquisita supplicia, post ignis ac ferri, picis ac sulphuris iniqua tormenta, post verberum denique plagas, post carcerum tenebras, tanquam post hybernas furentium ventorum niuiumque procellas, oraculum hoc meruit diuinae vocationis audire: Veni columba mea, sponsa mea, formosa mea: iam hyems transijt, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit. Plane de militia translatus est in militiam, quia terreni tribunatus, quo fungebatur, officium, Christianae militiae professione mutauit. Et vt reuera strenuus miles prius omnia sua pauperibus tribuens, sarcinam terrenae facultatis abiicit, sicque liber & expeditus, ac fidei lorica praecinctus, in ipsam densi certaminis aciem feruidus se Christi bellator immergit, seruato scilicet ordine, vt rerum pondus ante deponeret, atque ita postmodum ad campum certaminis imperterritus profiliret. Inde est quod in lege praecipitur, vt homo formidolosus, & corde pauido non egrediarur ad bellum, sed Vadat, inquit, & reuertatur ad terram suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut & ipse perterritus est. Quibus nimirum verbis liquido perdocemur, quia pro defensione fidei dimicare fortiter & idoneè nequeunt, qui adhuc nudari terrenis opibus pertimescunt, tolerabiliusque est, vt domum quodam modo

Cant. 2.

nat omnia
sua pauperibus.

Deut. 20.

SURIUS

q. ber
Kober
RVIII
5